

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 49v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 19 [Gn. 20]

[19] De debito per iuris extorsionem acquisito et iudicio, ubi conqueritur et fatetur.

XX

<XXX<sup>a</sup>> Quicunque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutus fuerit, opportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Sin autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas. Si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo suam penam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc sequenti die. Quotiens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens penam iudex in eo acquisivit. Si penam iudici et creditori debitum solvere contempserit, extunc fiscatur sua [/] {sua} possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et penam iudicii persolvat. Si autem posessione carui[er]t, extunc banno compellitur, extunc bene comprehendi, ubi fuerit visus pro debito et pena. Et quicunque ipsum ultra hoc tenuerit penam iudici demeretur.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]